



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 118. Cajetani liber de auctoritate Papæ & Concilii ad Pisanos Patres missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Neapoli aureo nummo, qui effigiem suam ex una parte, & insignia Neapolis ac Siciliae ex altera referebat cum hoc elogio: *Perdam Babylonis Nomen.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1512.

§. CXVIII.

Cajetani liber de auctoritate Papæ & Concilii ad Pisanos Patres missus.

Jam mense Januario, anno Domini supra millesimum quingentesimo duodecimo delatus est ad Pisanos Patres liber Thomæ de Vio, qui diebatur Cajetanus, eo quod Cajetæ, quæ est Neapolitani Regni civitas, die vigesima Februarii Anno Salutis millesimo quadringentesimo sexagesimo nono primam lucem aspexisset. In hoc libro Auctor disserit de Pontificis potestate supra Concilium, seu potius de auctoritate Papæ & Concilii inter se collata; cum vero Pisani post maturam discussionem hunc librum dogmata Regnum Regimini perniciose continere iudicarent, illum ad Universitatem Parisiensem mittere censuerunt, addita quadam epistola, cui quinque Cardinales, Lugdunensis & Senonensis Archiepiscopi, Lutionensis, Magalonensis, & Engolismensis Præsules, necnon duo Abbates die decima Januarii nomen suum apposuerunt. Epistola his verbis erat concepta:

In act. Pis. p. 15.
Argent. Coll. jud. t. 1. p. 352.
Spond. ad hunc an. n. 15.
Raynald. ib. num. 11.

Sæcul. XVI. *Sacrofancta Generalis Synodus Pisana*
A.C. 1512. *in Spiritu sancto legitime congregata univer-*
salem Ecclesiam repræsentans, & per con-
tinuationem Mediolanum ad tempus transla-
ta, dilectis filiis, Rectori, Doctoribus,
Magistris & Regentibus almæ Universita-
tis studii Parisiensis, Salutem & omnipoten-
tis Dei Benedictionem. Dilectus Filius Gau-
fredus Bouffard, Cancellarius Parisiensis
jussu nostro tradet vobis libellum quemdam
suspectum, & plenum injuriis contra Con-
cilium Constantiense, & Basileense, ac no-
strum, & contra Joannem Gersonem opti-
imum Ecclesiæ defensorem, compositum per
quemdam Fratrem () Cajetanum, homi-*
nem audacem & periculosum, quem deside-
ramus pro suo demerito castigari. Ideo hor-
tamur vos in Domino, ut libellum ipsum di-
ligenter examinatis, & discutiatis, mittatis-
que ad nos celeriter determinationem vestram
doctrinalem, qua possimus juxta ejus auda-
ciam cum vestris sapientissimis Consiliis pru-
denter procedere &c. Datum Mediolani in
generali Congregatione nostra die decima
Januarii.

§. CXIX.

(*) *Erat is Cajetanus Ordinis FF. Prædi-*
catorum Generalis Magister.